ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Viro nobili, Constantino Huygenio Equiti
Jacobus Vander Burgius S. D.

Habeo hoc commune cum clarissimo editore Martialis Lentulo, quod tarde in lucem prodeant diu expectata gravissimi et ingeniosissimi Hooftij Poëmata. Nec mirum me non accelerasse opus, cuius elegantiam semper metui ne ab editore tam ignoto aliquid derogaretur; tantum abest, ut vel tantillum pretij accessurum unquam crediderim: Sed quid potui? Ita placuit S. P. Q. Poetico Amstelodamensi, Lictorum scilicet in morem, ut ab homine ignobili & umbratico tanto plus lucis ~~[illegible]~~ nasceretur ipsi Phoebo. Tuo nomini inscribere volui ubi cogi me sensi: Verum nomen meum egregio huic operi me tam speciose praefigi curasse, ne id mei pudoris esse credas, rogo sedulo. Vale vir Nobilissime & me ama. Datum Traiecti ad Rhenum, Calend: April. 1636.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Burgh) 48
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1370

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Burgh) 48
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1370

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Burgh) 48
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1370

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Burgh) 48
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1370